JOHANNES KEPLER
GESAMMELTE WERKE

IM AUFTRAG DER
DEUTSCHEN FORSCHUNGSGEMEINSCHAFT
UND DER
BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN
BEGRÜNDET VON
WALTHER VON DYCK† UND MAX CASPAR†
FORTGESETZT VON
FRANZ HAMMER†
HERAUSGEGEBEN VON
DER KEPLER-KOMMISSION
DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

C. H. BECK'SCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG
MÜNCHEN

JOHANNES KEPLER
GESAMMELTE WERKE

BAND XX,2

MANUSCRIPTA ASTRONOMICA (II)
COMMENTARIA IN THEORIAM MARTIS

BEARBEITET VON
VOLKER BIALAS

UNTER MITWIRKUNG VON
FRIEDERIKE BOOCKMANN
JOHANNA KURIC
INGE NOEGGERATH

C. H. BECK'SCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG
MÜNCHEN

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Kepler, Johannes:
Gesammelte Werke / Johannes Kepler. Im Auftr. der Deutschen Forschungsgemeinschaft und der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Begr. von Walther von Dyck und Max Caspar. Fortges. von Franz Hammer. Hrsg. von der Kepler-Kommission der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. – München : Beck

Band 20.
Manuscripta astronomica (II) / bearb. von Volker Bialas. Unter Mitw. von Friederike Boockmann ...
2. Commentaria in Theoriam Martis. – 1998
ISBN 3 406 40592 4 (Halbpergament)
ISBN 3 406 40593 2 (broschiert)

ISBN 3 406 40592 4 (Halbpergament)
ISBN 3 406 40593 2 (broschiert)

© Bayerische Akademie der Wissenschaften, München 1998
Satz: Hubert & Co., Göttingen
Druck: C. H. Beck'sche Buchdruckerei, Nördlingen
Bindung: G. Lachenmeier, Realwerk, Reutlingen
Gedruckt auf säurefreiem, alterungsbeständigem Papier
(hergestellt aus chlorfrei gebleichtem Zellstoff)
Printed in Germany

COMMENTARIA IN THEORIAM MARTIS[1] *XIV, 2*

[1] *in der Handschrift von M. G. Hansch*



Beispiel einer Manuskript-Seite (*XIV, 137*) aus dem Textteil *Pragmatia* (auf 75% verkleinert).
Vgl. Transkription S. 132 f.

PRAEPARATIO

Praeparatio ad Commentaria in Theoriam Martis

XIV, 6

1. Brevis excusatio, cur veritas historiae minutatim consectanda.
2. Occasio adventus mei in Bohemiam et suscipiendi hunc laborem.
3. Tabulae Solis Tychonicae, cum distantijs solaribus ex *Progymnasmatibus*.
4. Tabula oppositionum mediarum Martis et Solis.
5. Tabulae Martis inde extructae.
6. Quae in alijs locis occurrunt conceptiones de Marte. Ut exemplum in Genesi Rudolphi. Relatio in *Mechanicis*. In *libro epistolarum* ad Landgravium, in epistolis ad Maginum, quia is prior mentionem injecerat in epistola ad me. Item ex libro *de Cometa anni 77*, quod pendeant omnes orbes a medio motu Solis.
7. Examinatio reductionum ex certis observationibus ad momenta opp:
8. Examinatio motuum mediorum ♂ et ☉, competentium annotatis temporibus oppositionum mediarum ♂ et ☉.
9. Examinatio prosthaphaereseon, seu locorum verorum eccentricorum ♂ tis.
10. Demonstratio quibus angulis usi sint in reductione ad eclipticam.
11. Demonstratio quibus angulis uti debuerint, et quanta hinc existat differentia.
12. Physica demonstratio, quod reducenda sit haec tabula ad veras oppositiones Solis et ♂ ex meo *Mysterio*.
13. Causae cur in computandis locis eccentricis Tycho a vero non recesserit longius, hoc est aequipollentia hypothesium.
14. Demonstratio quod intolerabiliter peccetur in prosthaphaeresibus orbis annui, si altera oppositio pro alterâ, vera pro mediâ vel contra arripiatur.
15. Reductio tabulae ad veras oppositiones.[1]
16. Ex datis Tychonicis circa oppositiones medias inventio aphelij et eccentricitatis ad suppositionem verarum oppositionum. Quod sit crassa minerva. Idem ex datis Ptolemaicis, et motus aphelij hinc. *XIV, 6ᵛ*
17. Ex quatuor oppositionibus *ακρονυχιοις* inventio aphelij et eccentricitatis viâ laboriosâ et difficili, indeque computatio aliorum etiam locorum in tabula. Hic compendium pro aequationibus Ptolemaicis, et aequipollentia hypotheseos Copernicanae et Ptolemaicae.
18. Demonstratio per observationes, hoc est per investigationem proportionis orbium in aphelio et perielio, quod inventa numero 17 eccentricitas veritati non sit consona, sed tantum faciat ad moderandas aequationes. Addetur suffragium Tychonis circa latitudines. In hac demonstratione assumi debet Terra in longitudine media sui circuli: et prodibit ecc. Ecc. media aequantis eccentricitatis.
19. Ut autem et Terra ubivis accipi possit, et simul speculatio circa aequantem tanto rectius procedat: suspensa consideratione stellae ♂, redeundum ad examinationem distantiarum Solis et Terrae. Primum alleganda Tychonis animadversio, qui aliquando novum circellum, aliquando ampliationem orbis annui suspicatus fuit, et in tabulis Martis peculiares numeros adhibuit. Nos id ex vitiosè omisso aequante Terrae prodire dicemus.
20. Idem Ptolemaeo in theoria ♀ et ☿ accidisse obiter probabimus.
21. Rem ex ipsis Tychonis observationibus propius probabimus, ubi primo omnium catalogus et dispositio observationum Martis in Tychone, unde necessitas harum observationum luculentissime probabitur.

22. Primum ergo propositum crassè ex binis observationibus aequali commutatione evincemus, ubi et methodus inveniendi haec momenta.
23. Idem ex observatione acronychia collata cum aliquot observationibus parallacticis, ubi dimensio simul habebitur, quod scil. ' aequans hic quoque duplum habeat eccentrici. *XIV, 7*
24. Ex hoc fundamento trademus correctas distantias ☉ ⊕ ad gradus singulos, cum aequatione eccentri, simul et artificium construendi ista faciliter ad gradus coaequatos anomaliae eccentri.
25. Demonstrabimus, usi hypothesi Ptolemaica quod prosthaphaereses Tychonis nuspiam ultra 1 scrupulum turbentur.
26. Ad ulteriorem probationem eccentricitatis dimidiae in Sole, et simul ne aequationi Martis in hoc negocio subtili credere cogamur, quam supra numero 18 suspectam reddideramus, aliquot alijs exemplis idem probare aggrediemur. Ubi, quia observationibus cum latitudine nobis opus est, dupliciter illas cavere docebimus, vel per correctionem anguli vel per conum scalenum et correctionem, in fine, distantiae inventae.
27. Ergo adhibitis distantijs solaribus jam constitutis vice versa probabimus parallaxes observatas, in eodem eccentrici loco, addito, quantum fuisset erratum, si vel tota eccentricitas Solis vel pars notabiliter major fuisset accepta.
28. Alio exemplo quasi per regulam falsi, aut demonstrative ut in ☿, rursum eliciemus eccentricitatem Terrae.
29. Hinc jam ex consideratione duorum exemplorum concordium in ♂, et ♀, et assertione Ptolemaica de caeteris planetis ingrediemur speculationem physicam aequantis demonstrantes, ita esse motus, ut sunt distantiae.
30. Tentabimus imperfecta demonstratione compendium tradere investigandi.
31. Idem hoc experientiâ iterum refutabimus, et computatione locorum in tabula ♂. An autem hoc rejectitium consentiat, cum axiomate: ita motus, ut distantiae, ex distantijs 45 in ⊕ collectis facile probabitur.
32. Quia ergò aphelium ♂ hactenus suspectum est, consulemus aliquot observationes circa aphelium, cum aliquot circa perielium, et tamdiu operabimur, donec Martem invenerimus in dimidio tempore restitutionis cadere in loca opposita, ea linea indubiè linea erit augium. Inde apogaea et perigaea distantia et eccentricitas confirmabitur. '
33. Idem praestabimus circa longitudinem mediam in ♉, nam in ♏ desunt observationes, ubi et in quartâ temporis, ex aequatione, et in loco quadrato ex tempore de aequatione maxima judicium feremus, indeque de eccentricitate utraque, consultis etiam quas inveneramus distantijs tribus: Plus autem acuto angulo tribuetur in inquisitione loci, minus acuto in distantia.[1] *XIV, 7v*
34. Hinc extruemus distantias ♂ ad gradus coaequatos cum aequatione eccentri, ut in ☉, et quia simul innotuit proportio orbium, conjiciemus eas in numeros distantijs Terrae respondentes.
35. Aequationes verò aequantis seu physicas ita moderabimur, uti opus esse viderimus vel ex distantijs operantes, vel ex triangulo, et conjiciemus in tempora, unâ cum solaribus.[2]
36. Quod latitudines attinet, ostendemus, quo pacto nodos invenerit Tycho.
37. Correctionem nonnullam addemus ejus demonstrationis.

[1] *Randbemerkung* Hoc capite nihil forte aliud, quam, ut probemus, distantias intermedias non esse in circulo, et quae consulantur in anomalia coaequata, utiles esse in anomalia eccentri.

[2] *Randbemerkung* Hic ratio reddenda, quare physica cum experientia non consentiat, et quatenus consentiat, et quomodo ex physica verè computare possimus, quomodoque ex vicaria veram eliciamus.

38. Nostro modo nodos ambos ex observationibus inveniemus, unâ cum motu nodorum ex Ptolemaeo.
39. Vel ex latitudine borea et austrina maxima, vel ex ortu et occasu ♂ heliaco inquiremus inclinationem planorum.
40. Diameter nodorum per Solem transit.
* 41. Inclinatio est *αταλαντος*.
42. Inclinationum tabula.[1]

* Refutatio epicycli aequalis et ovalis illius *XIV, 8*
* Confirmatio capitis 39.
Constructio distantiarum
Revisio operationis aequationum, seu aequandi modus
Examen parallaxeon
Probatio loci nodorum
Probatio inclinationis
De decimembri problemate appendix[1]
Quanta latitudo maxima utrinque
Ubi sit latitudo maxima
An 6 scrupula in ☉ aliquid mutent
An major ☉ eccentricitas olim
Consideratio Ptolemaicarum observationum
Comprobatio motus aphelij nodorum, mediae longitudinis, revolutionis[1]

Axiomata physica de motibus stellarum *XIV, 4*

1. Consentaneum astra circumagi aut vi motrice, aut nutu. Ex 3. et 11.
2. Coeli solidi nulli sunt.
3. Astrorum *σχῆσις* nulla. Ex 2.
4. Aura aetheria ponitur undique aequabilis.
5. Ubi est *ἀντισπᾶσις* illis circumagendis nutus non sufficit. Ex 7.
* 6. Ubi est intentio et remissio continua vi naturali consentanea, nutus solitarius non est verisimilis. Ex 10.
7. Vis naturalis mensuratur primariò *ἀντισπάσει* ponderum, aut vi motrice contraria, *ἀνθέλξει*.
* 8. Vim motricem necesse est niti corpore ceu fonte.
9. Vis motrix opus habet propagatione a fonte seu effluxu.
10. Huic effluxui naturalis est intentio et remissio per elongationem.
11. Antispasis aequalis in quiete consistit, inaequalis in motu. Ex 7.
12. In motu spectatur praeter vim et mobile, etiam temporis ad spacium proportio.
13. Item in motu consideranda est et amplitudinis mobilis proportio ad medij densitatem.

Fons.	Vis affluens	pondus, seu *ἀντισπᾶσις*.
	Medium	Amplitudo terminorum.
	Spacium	Tempus.

14. Cum de uno planeta agitur, nulla est consideratio medij et temporis. Ex 4. et 15.
15. Corpora planetarum sunt undique aequabilia, sc. rotunda.

[1] *Nachtrag*

16. Nutus signis opus habet, quibus dirigatur.
17. Ubi nulla continua signa, nullus continuus motus per nutum. Ex 16.
18. Ponatur, quod observata testantur, angulos anomaliae coaequatae esse in eversa proportione distantiarum, vel directa discorum. *
19. Epicycli arcus esse in proportione diametrorum.
20. Librationem contingere in epicycli diametro. '
XIV, 4v 21. Epicyclus non movetur vi eâdem qua eccentricus. Ex 20. et 12. et 10.
22. Ubi nulla antispasis et nulla medij densitas, tralatio potest esse in momento per nutum.
23. Motus a spacio dependet.
24. Quaelibet vis naturalis habet definitam celeritatem.
25. Effluxus imitatur celeritatem fontis.
26. Ubi nulla antispasis vel medij densitas, mobile imitabitur celeritatem fontis.
27. Intentio et remissio effluxus non est sine vel antispasi vel densitate medij.
28. Planetarum corpora habent vel antispasin vel proportionem amplitudinis ad densitatem medij. Ex 27. et 18. 19.
29. Punctum mobile tollit considerationem omnis densitatis medij.
30. Antispasis non est, nisi in corpore. Ex 31.
31. Quo majus corpus hoc majus pondus.
32. Punctum tollit considerationem vis motricis. Ex 30. 31. 7. 5.
33. Puncti tralatio nulla est, nisi per nutum. Ex 32. 29.
34. Planetae aguntur vi naturali in eccentricis. Ex 28. 18.
35. Epicyclus non incitatur solo nutu. Ex 17. 19. 6.
36. Epicyclus incitatur vi. Ex 5. et 28. 12. 20.
37. Epicycli vis incenditur a vi Solis. Ex 36. 21. 19.
38. Epicyclo vis aliâs est alia. Ex 37. 10.
39. Sol convolvitur in zodiaci longum.
40. Sol non attrahit planetam in descendente semicirculo, pellit in ascendente, ut Magnes. *
41. Magnes non pellit ferrum, sed semper in situ unit, at non omni parte pollet hac vi. '
XIV, 5 42. Epicyclus agitur mixta vi propria et nutu.
43. Vis naturalis continua est.
44. Epicycli motus non est ex nuda vi naturali. Ex 43. et 20.

Mirum, quantum angulum facit apud centrum eccentrici, tantum etiam facere apud centrum epicycli, et tamen circumferentiam epicycli non permeare sed diametrum. Itaque non manuducitur tempore, quia non admetitur spacia. At neque signis manuducitur, quia spacium non potest intelligere, quod in eccentrico est emensus.

Intendit virtutem suam etiam epicyclicam accessu ad Solem, at ea non utitur quatenus eam intendit, scilicet ad conficienda spacia.

Si conjunctionem ☉ cum fixis spectaret, nutus esset non intentio virtutis. At non spectat hanc, quia antequam ad coaequatae quadrantem veniat, jam est in centro epicycli.

An igitur dicemus illum scire portionem eccentrici confectam? quomodo verò? Non applicatione ☉ ad fixas, hoc enim jam negatum, neque tempore, quia hoc itidem jam negatum, neque applicatione centri eccentrici ad fixas, quia invisibile et incorporeum. Sed et uno minuto et 20″ variabit aequatio si dirigat diametrum non ad ☉ sed ad centrum eccentrici.

Dicas, epicyclum spectare easdem fixas, at quomodo? Sed et falsum: alias maneret perfectus eccentricus.

Omnino in diametro tendit ad ☉. Non est epicyclus rectus ad eclipticae planum, alias non contingeret decurtatio.

Imo appetit augmentationem diametri ☉ analogam anomaliae coaequatae, hinc res eodem redit.

Ut aliquid nutu fiat requiruntur haec. Primo facultas applicandi signum effectui, citra signi operationem aliam. Ergo mens est, et imaginativa. 2. Facultas effectu producendi ut libratio in diametro. 3. Signum ipsum quod hic est planetae contemplatio fortitudinis anguli solem inter et apheliam vel periheliam fixam. 4. Opus simile signo, quod est augmentatio juxta diametri Solis. 5. Instrumentum quo perficitur opus, ut accessu et recessu libero. [1]

Ut corpus aliquod actionem aliquam seipso perficiat: Opus est illi principio actionis seu *ὁρμῇ*, quae est opus animi. Nam demonstravit Aristoteles, in materia et forma corporum non inesse principium ullius motus praeter rectum. Verius diceretur, substantiam corpoream[a] seipsa quidem aptam natam esse ad quiescendum, in quocunque loco ponitur: habere tamen virtutem naturalem, per corpus sparsam, uniendi motu rectilineo partes divulsas, eamque proprietatem obtinere, non quatenus substantia nuda, sed quatenus totum aliquid naturale et integrale est. Atque hic est motus gravitatis. In hoc unitionis motu regnat lex staterae; nam in qua proportione sunt partes ejusdem totius in duas partes divisi, in eadem sed eversa proportione dividunt spacium suae distantiae. Sit A 1 in diametro et corpulentia. B in diametro 2, plano 4, corpore 8. Spacium igitur AB dividatur in partes AC 8 et CB 1. Conjungentur igitur haec duo corpora non impedita in C. Atque hic est motus corporalis rectus et finitus. *XIV, 5v*

Animalis, est recto partium saepe contrarius, et utplurimum. Quieti verò totorum *ἀντιφατικός*. Primum igitur animi impetus et *ὁρμὴ* requiritur. Sed in corpore humano subdividitur in naturalem et animalem propriè. Naturalem dicunt, non quod anima opus non habeat, nam vitae non est superstes: sed quod consilio quae praecipua vis est animae, non gubernetur, sed potius dispositione et filamentis corporum. [1]

Attamen aliquo sensu (qui est animi soboles; ad minimum tactus sensu) incitatur: et habet principium animale seu *ὁρμήν*. Unde quidam ventriculum dicunt esse animal peculiare in homine. Sic ventriculus, uterus, intestina, renes, cor, cerebrum, quin imo universa caro corporis carens etiam capite seu origine sensuum, movetur, viscera molestata repletione aut mordaci materia liquida vel halituosa: Caro musculorum flatibus aut humore, cutis punctu movetur. [2]

Deinde et facultas naturalis requiritur pollens in corporis contradictoriam quietem. Tertio *ὁρμὴ* debet excitari ab extra, ut intestina non seipsis sed propter orientem in ipsis flatum. Quartò si objectum *ὁρμὴν* excitans distat causa loci, oportet effluere usque ad corpus planetae, quinto in planeta esse sensum hujus affluxus, sexto et applicatio partialis erit objecti ad *ὁρμὴν* per sensum communem, quo dijudicetur tempus et distantiae variantis objecti, differentiaeque agendorum. Septimo oportet et sentire quid agat et efficiat, ut ampliationem diametri ☉. Octavo hoc quoque effluere ad planetam. [3] [1]

[1] *Randbemerkung* Principium motus epicyclici debet esse animale, quia hic motus ipsi soli planetae tribuitur. Et si distinctum erit opus, et *ὁρμὴ* distincta requiritur, ut si circulus, *ὁρμη* pollens gubernare facultatem continuè ad effectum circuli.

[2] *Randbemerkung* Motus planetae proprius efficitur per animalem facultatem. Objectum hujus motus Solis a certis fixis inclinatio angularis. Per lucem Sol et fixae sese planetae communicant, aut per alium talem affluxum virtuosum. Planeta aut videt aut tangit etc.

[3] *Randbemerkung* Sensus rei geometricae.

[a] *Kepler* corporem

PRAGMATIA

Numero XXVI

Datis ergo in triangulo FDA, lateribus FA, AD, et intermedio, quaeritur latus terminum DF, et FDA, ejusque complementum FDB, distantia oppidi Matris ab aequinoctiali Solis. Nam etsi D non est centrum universi, tamen AD evanescit.

XIV, 68 ⟨(3)⟩

26
180
20600000
123600000 | 3780
98098 5
{...}

Commensuratio haec.

Ecc: ♂ FG	100000	
AF, KG	16380	
GL	3780	
DB	66056	
DA	5435	posset 5439, si prius 3592

Si 66056 est 100000 quid
359000000 | 5435
{...}

[1]Hic magnus error.
Nam dixi, si 66056 sit 100000 quid 3592.
At debebam 100000 fit 66056, quid 3592.[1]

Numero XXVI *

Datis ergo in triangulo FDA, lateribus FA, AD, et intermedio, quaeritur latus tertium DF, et FDA, ejusque compl. FDB, distantia *αφηλιω* Martis ab *απογειω* Solis. Nam etsi D non est centrum universi, tamen AD evanescit.



104862½ 3675 10000–5439 quid 73728 67559
12705 16380 5439 5439
{...} 12705 {...} {...}
13323| 4010| 3675|

[...]

XIV, 68[v] Assume FA 20160
proportionem orbium
152500
10000

[2]Sed mihi est 19763
Vide f. 5.[2]



[1-1] *Hinzufügung*
[2-2] *Hinzufügung*

152 500
20160
{...}
307 4|4 eccent. ♂

DAO est 47°45′
ODA est 42.15

AD 100 000 dat DO 74 022 quid AD 5435
5435
{...}
DO 40 23|09 570

AO 67 237
5435
{...}
AO 3654
AF 16380
OF 12726

* Sit ergo FA 30 744
AD 3584
34 328
17 164
13 580
60.38.22
66. 0.22
AFD 5.22. 0
AF in 23.32.16 ♌
DF in 28.54.16 ♌

Anno 91 AF 143.32.16
AD 95.33
FAD 47.59.16
132. 0.44
66. 0.22
tang. 224 670
13580
{...}
305 101 860 0 | 177 757
171 64
{...}

DO
OF 12726 dat 4023 quid 100 000 OF
4 023 000 00 | 31612
12726
{...}

[1]Mihi modo correcta in 28.53.55[1]

Est ergo DFO 17.33½
FDO 72.27
ODA 42.15
ADF 114.42
compl. 180
65.18
ap: 96.
161.17½
11.17½ ♏ *αφηλιον* ♂ A

Si FO tangens dat FO 12726 quid FD secans

sinus FAD 74300
3584
{...}
266 291 200 | FD
sinus AFD 9353 | 28471 28 471 000 | eccent:
{...} | 1525 | 18669
| vide fol. 5 sequens

104 877
12726
{...}
13347 Eccentricitas respectu ☉.

Quaeritur jam, an quae hinc sequuntur prosthaphaeresis eccentri, sint responsurae observatis. Primum nescitur minoris epicycli diameter. Ideo prius est investiganda. [1]

Eligatur ergo acronychia observatio circa 12 ♐ vel ♊. Nam ibi est longitudo media. Sitque vel ante 12 ♐, vel post 12 ♊. *XIV, 69 (5)*

[1–1] *Hinzufügung*

19763			60.32.35	26629120	
1525			66. 0.22	952	27971
{...}			5.27.47	{...}	
30138			23.32.16		
3584			29. 0. 3 ♌	27971000	
33722				1525	18342
16861				{...}	
13277	2983043590	176920			
224670	16861				
{...}	{...}				



Oportet autem sumere non mediam sed veram oppositionem Martis et Solis, quia talis quaeritur locus, ubi parallaxis omnis cavetur. Id autem fit in linea apsidum Martis. Igitur si apsides a medio loco Solis pendent, oportet interponi Terram inter medium locum Solis et Martem. Sed quia jam praeconcipio, apsides pendere a Solis loco vero oportet veram oppositionem assumere.

Anno 1580. Die 17 Nov: h: 9 m. 40 Mars opponebatur loco Solis medio in 6°50′ ♏., lat: 1°40′ b., long: in circulo ipsius Martis.

Praecessio 27°58′50″. Long. ♂ simp: 0.°27°29′46″
27.58.50
lon. sim. ab aeq: 1. 25.28.36

Locus Solis ex Braheanis

	Ap:	Long: Long:
1579	3. 5.24. 0	9.20. 1. 8
Oct.		10. 0.37.21
		15.46.13
		21.11
		1.39
	long. ☉	8. 6.47.32

In ecliptica ♂ erat in 6.46.10 quo innuitur, et motum ☉ medium esse 6.46.1⟨4⟩.[1]

XIV, 69v

Apog:	3. 5.24. 0	60	115	22	42″		
med:	8. 6.46	30	23	11	1. 1.42		
	5. 1.22	6	23		1. 2.24	aequatio ☉	
			253			subtrahenda	

Distabant ergo Sol et ♂ per 1°2′24″ et obviabant sibi, quia aequatio est subtrahenda. Motus diurnus Solis ex tab: Tych: 61′2″. Motus diurnus Martis, ex Leovitio ad diem Leovitianae oppositionis inter 17.18 Nov. est 23′. Idem est in stadio. Summa motuum diurnorum est 84.2.

84.2″ dat 24 horas, quid 62′24″
24.24
{...} 17.50

Differentia horarum 17°50′. Tunc fit oppositio vera.

Horis 24 eunt 62, quid 17.50[1]
12 31 31
{...} 46 horarius

[1] *am Rand* Motus ☉ horarius
12–31 quid 17.50 | 46
31
{...}

☉ Med:	6.47	Long: ♂ simpl:	1.25.28.36	ab aequinoctio
aeq:	1. 2	horarius simpl:	23.22	
	5.45	lon ♂ ab aeq: sim.	1.25.51.58	
horarius	46	ad oppositionem veram	1.36.35	longit. vera in suo circulo
	6.31 locus opp: verae		10.43	aequatio illius loci

Distantia ab aphelio sic habetur
Aphelium 161.17.30
long: ♂ 66.35.10 in suo cir.
94.42.20

Observatio valde propinqua et opportuna. Itaque ex tabula faecunda, si diameter eccentrici ♂ est 100 000

18 595 proxime
subtrahe 13 347 eccentricitatem
5 248 epicyclium parvum paulo majus propter gradus vel 20 in ipso
5 300

1.25.52 sim. long. ♂ ab aequin. ad oppo vera[1]
5.11.18
3.15.26 anom: simpl:
Si diameter eccentrici ♂ est 100 000 erit sinus arcus 10.43.[1]

Jam ergo fiat periculum, an hac suppositione etiam aliae acronychiae observatione retineri possint. *XIV, 70*[2] *(7)*

Anno 1582. Dec. 28. Motus ☉ medius ex tabula ♂ 16°46′10″ ♉. Ap: in 6 ♋. Ergo 190.46 anom:, prosth: 22′19″ add:. Motus diurnus ☉ 61′18″ ♂, 24′. Cum sit prosth: ☉ addenda transiverat igitur oppositio vera 89 $\frac{3}{10}$ dat 24,

			quid 22 $\frac{1}{3}$		
Locus ☉ medius	16.46 ♉		96		Ante horas 6°10′
pr: ad.	22.10		94		Horarius 15.34″
	19		{…}	h.6	
	17. 8.29			10′	
hor: sub.	15.34	Locus medius Martis	2.11.34.56		
locus opp: ver:	16.53		28. 0.38		
in circulo ♂	5	3. 9.35.34	3. 9.35.34		
	16.58 ♋		3.16.58.20		
		aequatio	7.22.46 observata		

[1] *die ganze Rechnung am Rand*
[2] *70 aus 7 korrigiert.*

Aph: 161.17.30
long. sim. 99.35.34
anom: com- 61.41.56
plementa

DAC 61°42′
compl: 118°18′
90
28.18
dupl. 56.36 HEG
123°24′ GEK
BEK 61°42′
BEA 6.18½
AEK 55.23½
GEA 68. 0½



DAC 61.42
DBE 61.42
BEA 6.18½
EAC 6.18½



DBE

Angulus DAC est 61°42′, ergo EBA 118°18′ et BA 13347. BE 100 000. Cum ergo BEA sit aequalis angulo EAC, et EAC determinet inter fixas aequationem, ergo et BEA.

Si AB	dat AB	quid AF	FAB	28°18′
100 000	13 347	88 048	FB	47 409
	88 048			13 347
	{…}			{…}
	11 752| FA			63 28| FB '

Erit FE 106 328

XIV, 70v Si FE 106 328 sit 100 000, tunc FA 11 752 erit. 1 175 200 000 | 11 053
1 063 28
{…}

Arcus per tangentes 6°18½′.

100 609 secans hujus arcus sc: AE in dimensione qualium FE est 100 000.

[1]Si FE	fit FE	quid AE
100 000	106 328	100 609
	100 609	
[…]	{…}	
	106 977	AE in dimensione qualium eccentrici semid. est 100 000.[1]

Qualium ergo BE est 100 000, talium GE est 5 300. Et supra AE 106 977, et angulus.



GEI 61°42′ 92 724
IEA 6.18½ 5580
GEA 68. 0½ {…}
[5 174]| GO 27 817 2
463 620
491 437 200

Est igitur quaerenda GEO, OG.
Si GE 100000 fit 5300, quid sinus 68.0½
compl. 22°

[1–1] *Rechnung am Rand*

37 447	112 | 341		
5580	1 872 | 35		
{...}	1 985	OE	6.18.30
[209] OE	106 977	AE	2.40.48
	104 992	AO	8.59.18
	491 437 200		7.23 observata
	104 992	$4\,680\frac{1}{2}$	1.36.18 NB. differentia.[1]
	{...}		

Quaesitus 4680 in faecundo canone dat $2.40\frac{4}{5}$.

Apparet ergo, non sequi hypothesin observationes. Et nota, quod cum pro complemento anguli GEA sumpsissem plus justo uno gradu, nihil sensibile in effectu fuit variatum. *XIV, 71 (9)*

Nota[1] ergo, alio tempore tentari posse *αφηλιον* ♂ ducta linea aphelij non per centrum aequalitatis motus, sed per centrum circuli Martij, circa quod in aequali quidem distantiâ sed inaequali passu circumit. Nota etiam, quod praesupposita fuit aliqua certa proportio orbis Martij ad orbem Terrae, quae fortassis alia est. Nam non sunt juncta utriusque apogaea et proportio quam supposui, educta est ex suppositione eâ, qua refertur ejus apogaeitas ad centrum orbis magni. Nota tertio, quod assumpta est certa Solis eccentricitas, quae an talis sit dubitari potest, nisi locus ejus observatus cum suppositione undique congruat: quod satis constat.



Jam, ut habeatur simul et proportio orbium et eccentricitas, age varias latitudines et parallaxes consideremus confusè omnia, et relata apside ad corpus Solis, fiat nova omnium extricatio.

Prius considera, an angulus latitudinum in oppositionibus cum Sole maneat idem ad eclipticam. Hic enim se insinuat eccentricitas Solis. Id quidem prius crassa Minerva sic colligi potest. In medio Leonis est ejus latitudo (*ακρονυχίον*) maximè borea et tantum minor quam in medio ♒ ejus maximè austrina. Esto Mars Soli oppositus in Leone, erit ergo Sol in Aquario, appropinquans perigaeo, Terra ergo vicina Soli, remota a Marte et propter Solem et propter Martis apogaeum.[1]

Esto jam Mars in Aquario, erit Sol in Leone distans longè a Terra ideoque Terra proxima Marti propter utriusque apogaeum. *XIV, 71v*

Ex latitudine igitur, quae apparet in oppositionibus, multa possumus venari.[2] Primum si praesupponamus, circulum in quo ♂ decurrit, habere semper eandem inclinationem ad eclipticam, ex hac suppositione sequetur certa proportio orbium Martis et Terrae. Nam ejus nodi sunt ex certis observationibus praecise in locis oppositis. Deinde, si praesupponamus certam proportionem orbium, ex hoc sequetur ratio variationis omnimodae latitudinum, si quae est.

[1] *Randbemerkung* Nota etiam, quod si in circulo parvo assumatur ♂ secundum diametrum ire, non accedendo ad centrum vel recendendo, tunc angulus futurus est minor. Item si stet Mars in exteriori circuli parte, iterum angulus erit minor. Item quid si unus solummodo sit eccentricus sine epicyclo.

[2] *Randbemerkung* Haec suppositio falsa est ut



Igitur posito [centro] quod axis inclinationis transeat per centrum orbis universi sc: per Solem, et quod inclinatio non varietur, ex diebus oppositis annorum 1591, 1597 latitudinibus dabitur tale diagramma.



A. Sol. B. C[a] Terra. D, E[b] Mars, FCE bor., GBD anguli latitudinis ad eclipticam ex observatione. Quaeritur quam longae sint BD, CE, donec DAE sit linea recta. Oportet
XIV, 72 autem alterutrem DB, vel CE praesupponere. ' Et postea aliam bigam latitudinum ad-
(11) sciscere, si utraque biga facit DE lineam rectam, habemus quod petieramus et rectè assumpta DB, vel CE, sin minus, operandum per conjecturas, donec ad scopum proximè accedamus. Sed nota, quod hoc pacto, perinde est, ac si Terra curreret in concentrico, et Mars esset ad centrum orbis Terrae eccentricus, nisi quod non consideratur hic eccentricus sed ipsa via Martis, deinde, quod axin in⟨c⟩linationis per Solem statueramus transire, hic per Terrae orbis eccentricum transibit.

Primum omnem vide an omnes latitudines indicent circulum maximum.

AB 4°32′10″ — BH 85°27′50″
CD 3.38.12 — DH 86°21′48″
EF 1. 6.45
AC34. 0. 0 BHD
CE38.47.50



[a] *Kepler* E
[b] *Kepler* F

[...] Ut sinus B ad sinum DH, sic sinus AC, ad sinum BD.

100000 99799 55919
99799
(...)
55807 | 16200
55919
6 | 60281

Et ut sinus HD ad totum, ita s. HB ad s. D.

99799 100000 9968700000 | 99888 Est 87°19' sc: angulus
(...) BDH vel CDG.



Et ut 100000 ad sinum DH compl: de DC, sc: 99799, sic sinus D sc: 99888 ad sinum complementi G.

9988800000
19977600
9968822400

G compl: 85.28 99687
4.32 angulus BGA.

Hic AB latus metitur et angulum G ... itaque BG proximè quadrans, sane ut ... ponitur, sc: B in 22 ♌. Assumamus etiam triangulum GDC. [1]

Ut s. HF ad totum, ita s. HD ad s. F *XIV, 72ᵛ*

CD[1]	3.38.12	9998115	99798640	
DH	86.21.48		89982035	9981856
EF	1. 6.45		(...)	F est 86°33'
FH	88.53.15			
CE	38.47.50			

Ut 10000000 ad sinum HF, sic 9981856
9998115
(...)
99799 74 86.23
3.37 G ang.



Ergo cum hic angulus fuerit antea 4°32' patet quot latitudo Martis sub ecliptica non accidat in circulo maximo.

Exploretur jam, si planum eccentrici haberet constantem inclinationem ad ecliptica, an apparens latitudo evagatura sit extra circulum maximum.

Primum affirmat Tycho, nodum esse in 17 ♉. Id autem nondum probatum est. Nam adhuc est sub calculo. Nihilominus ejus nodi rectè proculdubio habebunt in 17 ♉. ♏ et hoc praesupponamus, quod fiant in oppositis locis. [...] Nam in nodis celerrimè crescit declinatio.[2] Et tamen est locus suspicioni. Nam Tycho numquam *ακρονυχιον* propiorem observavit ecliptic⟨am⟩ quam 5 scrupulis anno 95. Erat in 18 ♉. Quis ergo dicet, an, si accedisset aliqua ♂ in 18 ♏, tum praecisè futurus fuisset 5' m: forsan id alibi fieri potuit. Imò potest observari ♂ in ecliptica, et tum quaeri ejus long: media vel locus in eccentrico. [1]

Quare ego potius huc inclino, ut inclinatio Martis fiat super axe, quae transeat per *XIV, 73ᵃ (13)*

[1] *Aufstellung am Rand*

[2] *Randbemerkung* Nota, non omninò celerrimè in nodis. Nam non est circulus maximus in quo fiunt latitudines, sed inflectitur magis magisque versus nodos et eclipticam.

[a] *73 aus 13 gebildet*

centrum ejus eccentrici, sitque locus nodorum deducentus ex addita et ablata aequatione.[1] Cum enim circa apogaeum fiat maxima latitudo in ♉ et ♏, incidat in nodos, ubi est media longitudo, verisimile est, centro epicycli existente in media longitudine (vel in nodis) eccentri, planetam tunc, qui est in summa utrinque parte epicyclij in eandem vergens, apogaei partem utrinque, nondum esse in nodis vel jam praetergressum multum admodum, et tunc esse utrinque septentrionalem. Sic fiet, ut post 90 gr. long. et ante 270 cadat planeta in nodos, et tamen ne tunc quidem sit in locis oppositis, sed remotus versus apogaeum tanto intervallo, quanta est aequatio simplex anom: ecc: (quia jam epicyclium subtractum diximus). Hoc autem pulchrè coincidit cum eo, si statuemus, planetam inclinari super viae suae centrum nisi quod sic distantia versus apogaeum futura est aliquanto minor.[2] Sed esto tandem, ut sint nodi in linea quae parallela est transeunti per 17 ♉ in 17 ♏, ut sint nodi quasi in 15 ♉, 19 ♏. Et sit angulus inclinationis cum ecliptica gr: 2.40′ in centro eccentrici constitutus. '

XIV, 73ᵛ Ergo quando planeta est in illis locis, tunc nulla est latitudo. At quando in 21.10 ♌, quanta tunc est?

Praesupponatur locus nodorum in 17 ♉ et ♏, axis igitur per centrum orbis annui transit. Deinde praesupponatur apogaeum in 17 ♌. Et eccentricitas Martis respectu Terrae



	16380
	3780
Distantia ♂ a centro orbis magni in ap:	112600
	100000
	16380
	83620
	3780
Distantia ♂ a centro orbis magni in perigaeo	87400



A centrum orbis magni. EF planum ecliptiae. D centrum orbis, vel viae ♂. G apogaeus locus Martis. H perigaeus locus Martis. GA 112600, AH 87400. GAE gr: 2°40′ ex sup. B. C loca Terrae.

BA 66056. GBE latitudo apogaea observata graduum 4°32′30″. Ergo GBA 175°27′30″.
AC Datis ergo GA, AB et ABG, quaeritur GAB. Ergo in BAI datur BA et anguli. Nam * ABI est 4.32½. BAI est 85.27½, quaeritur AI. '

XIV, 74 (15) [...]

In triangulo BIA ex BA et angulis quaere BI, IA latera. Deinde in GIA ex GA, AI quaere GI et subtrahe BI, restat GB. Tertio in GEB ex GB et angulis quaere EB latus et adde ad BA. Quarto in GEA ex GA, AE quaere GE per angulo. Sed nota BEG, BAI sunt reciproca.

[1] *durchgestrichen* [NB Haec speculatio supervacanea est. Nam si transit axis per centrum eccentrici, at si centrum circelli est in longitudine media eccentrici, tunc planeta existens in eandem utrinque partem circelli, sit in ecliptica, at illa duo puncta tanto invicem vicina versus apogaeum quantus est angulus aequationis circelli illius maximus.
Meam speculationem convenientius est assumere centrum viae Martis et super illo inclinare Martem. Verumtamen non magna ingeritur differentia.]

[2] *Randbemerkung* Negat d. Tycho teste experientia certa, quod intersectiones fiant in locis alijs quam oppositis.

BA dat BI IA, quid BA

100000 99686 7918 66056 66056
99686 7918
{...} {...}
65849 BI 52301|4

AG 112600 dat AI 5230, quid 100000 5230000 | 4645
1126 | 2.40.4 ang. AGI.
{...} |

GA 100000 dat GI 99891, quid GA 112600

1126
{...}
112476 GI
65849 BI
46627 GB'

BA dat BG quid BI 65849 *XIV, 74v*

66056 46627 46627
{...}
3070341323 | 46481 BE
66056 BA
{...} | 112537 EA

112600 fit 100000 quid 112537000 |
101341 | 99953 88.15
{...} | 1.45 GAE

In AFH rectangulo dantur FAH 1.45. FHA 88.15 et AH 79840, quaeritur AF.

10000 fit 7984, quid fit ex 99953 7984 79803 AF
7984 3054 66056 AC
{...} {...} 13747 CF.
79803 2438 HF

10000 fit 7984, quid HF 3054. In CHF dantur CF, FH, quaeritur angulus FCH.

CF fit 100000 quid FH 305400000 |
13747 13747 | 22216
{...} |

Ex faecundo 22216 dat 12.31½.

In AFH est AH 87400 99953 3054
874 874
{...} {...} 26690000 |
87359 2669 HF 21303 | 12529. Angulus 7°8½'.
66056 {...} |
21303 CF

[Sit a centrum orbis magni EF et B centrum eccentrici Martis. GB. AF sit linea apogaei Martis in ecliptica, sed CAD sit eadem linea apogaei Martis in suo plano, quod intelligatur inclinatum ad planum eclipticae, et transeat axis inclinationis per A centrum orbis magni. Nam intersectiones deprehenduntur in locis oppositis. Sit etiam H apogaeum, I perigaeum. Ex hypothesi ergo usitata, quoniam circellus bis convertitur, donec semel eccentricus, erit planeta in C. D perigaeo circelli, quoties H. I centrum circelli est in apogaeo vel perigaeo. Assumatur etiam BA eccentricitas 16380 qualium BH 100000. Et sit HC semidiameter circelli 3780. Erit itaque distantia ♂ a centro orbis magni in apogaeo quidem CA 112600,in perigaeo vero AD, 79840: qualium BH est 100000. Sit jam latitudo borea maxima in ipso loco apogaei H, et australis in I vel D. *XIV, 75 (17)*

Explicetur orbis magnus EF ex centro A. Sitque Terra inter Solis locum medium et Martem in E. F. Anguli ergò latitudinis observatae erunt GEC. KFD. Assumatur autem orbis Terrae semidiametri AE proportio 66 056, qualium BH 100 000. Et sit HAI linea recta, hoc est, non intercidat aliqua inclinatio librationis inter duas observationes *ακρονυχιου* locorum oppositorum. Assumatur etiam angulus GEC ex observatione $4°32\frac{1}{2}'$.



Dico quod HAG sit futurus $1°45'$, et KFD $12°31\frac{1}{2}'$. Cum ergo latitudo austrina tanta non fiat, ideo proculdubio alia est proportio linearum EA, AC, item FA, AD, quam fuerat assumpta. Scilicet aut AE minor est, aut HC, aut denique accidit aliqua libratio inclinationis.]

NB error in eo est, quod posui planetam tam in apogaeo, quam in perigaeo fieri proximum centro orbis. At longè est aliud perigaeum esse in circello suo, aliud prope Terram esse.'

XIV, 75v Cum ergo tamdiu jam falsum praesupposuerim, sub incudem revocetur tota ratio ab initio. Nota ergò, parum admodum differre, sive inter demonstrandum assumas concentricum cum duobus epicyclis, sive eccentricum cum uno epicyclo sive eccentricum super centro aequantis volutum. Nam circuli ferè fiunt.



Ergo ex A centro scribatur HE orbis annuus. Ex B verò via planetae FG ejusque centrum aequantis sit C in linea AB. Quaeritur si hoc pacto planeta in aequante temporibus aequalibus describat arcus aequales. An ulla ratione tueri possimus aequalitatem ejus motus, si centrum aequantis conferatur in lineam D. B per corpus Solis et centrum eccentri transeuntem. Nam sat constat, sequi eius motus ex positione punctorum ABC.'

XIV, 76 (19) Supponatur primum simplex eccentricus. Et considera planetam in G apogaeo ubi tunc erit ille in concentrico cum Sole. Extendatur ergo CD ex G in orbem a Sole con-

centricum cadatque in I. Connectatur ID. Quia ergo GC, ID aequales, aequales etiam GI. CD, sunt ergo parallelae oppositae, quare IDC, KIG aequales. Esto jam IR, sextans circuli, vel qualiscumque pars, sic et ST, ut I et S, illud super D, hoc super A aequaliter incedant. Et constituatur YU arcus aequalis arcui ST in partem oppositam et connectatur UR. Dico quod etiam UR sit aequalis CD et parallela.



zu XIV, 75ᵛ

Cum enim IDR, et SAT sint aequales, ID verò et SA parallelae, erunt igitur etiam RD et TA parallelae. Et cum sint RD. TA parallelae et aequales, erunt igitur aequales etiam DA, RT et parallelae. Porro et UT cum CA parallela est et aequalis, quare UTR et CAD aequales. In triangulis igitur UTR, CAD anguli T.A sunt aequales, et latus UT lateri CA, sic TR lateri AD aequale, quare et UR aequale CD et angulus TUR angulo ACD. Cumque sunt parallelae TU, AC, igitur et UR, CD quod erat demonstrandum. Patet ergo quod circello IK circa D in IL circumeunte aequaliter, et K circa I aequaliter etiam et in partes oppositas, et aequali tempore, idem ductus per planetam scribatur, qui scribitur, si circellus SG circa A etc. circumeat. Idem etiam locum habet si parvum circellum insuper addas ut in Gζ, Mγ, Uδ vides, ubi manet idem circellus, et qui majori et qui minori additur, modo planeta hic apogaeum respiciat, non aphelium. Sed quia hic est absurditas physica vide an et haec tolli possit, ut circellus iste aphelium respiciat, non apogaeum.

Modi quibus hoc fiat, duo vel tres sunt. Primus si dicamus Gζ manere parallelam ipsi CD, non sentiri verò differentiam, quia angulus non est magnus. Hic modus est periculosus, ut patet ad oculum, quia statim variaretur aequatio. Alter modus est, ut per ε trajiciatur linea *αφηλίου*. Tertius, ut sic moderemur utrumque donec coincidant in medio. [1]

XIV, 76ᵛ



Centro A orbis magni scribatur BGH concentricus, et in eo distantiâ AC epicyclus BL, GK, HI, et in hoc rursus distantiâ EC epicyclium LM, KO, IN, sitque his tribus aequalibus motibus concurrentibus planeta in MON, describens viam circa E, sed in aequali passu. Minoris verò circelli centrum scribat viam LKI circa C sed aequaliter. Assumatur jam D centrum aliud ad latus, quod sit corporis solaris, circa quod circumjiciatur orbis PQR, et ex D ducantur parallelae DP, DQ, DR ad AB, AG, AH, et distantia DE scribatur epicyclus PM, QO, RN. Et sectiones MON cum PQR connectantur, sicque etiam centra circulorum PB, QG, RH. Dico quod aequabilis sit motus P circa D, et M circa P, et conformis motionibus priorum circulorum. Id facilè patebit, si probetur, angulos utrinque aequales constitui. Id autem sic probatur. Cum enim DP sit aequalis et parallela AB, sicque etiam DQ ad AG. Erunt igitur anguli PDQ, BAG aequales et PB, DA, QG aequales. [1]

Deinde quia DP, EM aequales et parallelae et PM, ED aequales ex hypothesi, erunt ergo et parallelae MP, ED, quare MPS et EDP aequales. Similiter, cum OQ, ED sint aequales, pariterque etiam OE, QD, erunt ergo parallelae, et anguli EDQ, OQV aequales, totus ergo EDA toti MPS, VQO aequalis quod erat probandum. *XIV, 77 (21)*

Sed quando circellus bis convertitur, tunc valde perplexa ratio est. Etenim ductus MON deseri non potest, ut nec aequalitas motuum. Ergo si centrum circelli est in X, planeta est in Y. Si in ζ, planeta est in β, si in P, planeta est in M, si in Q, est planeta in γ, et sic in apogaeo et perigaeo est planeta in hac ipsa circumferentia circelli solaris, sed in intermedijs, q: in laterali circulo perpendens in partem eandem.

Aliter. Cum sit MP et ED parallelae, aequales erunt LMP, CED, et breviter, si caetera omnia aequalia ut demonstratum, aequales igitur et parallelae ΘζLP, IR KQ, CD, sicque vigore demonstrationis praemissae ex DE et AEC idem circumductus scribetur per KIYΘL. Tribue jam idem epicyclium utrique majori. Cum ergo planeta sit in



zu XIV, 77ᵛ

γNYβM sitque ejus motus aequalis motibus majoris epicyclij cum suo concentrico, eidem vero sit etiam aequalis motus alterius epicycli solaris cum suo concentrico, erit igitur etiam circelli motus aequalis illi solari concentrico et epicyclo. Sed restitutio non quadrabit ad aphelium. Etenim in X perielio YXD angulus aequabitur CDE angulo et ut apparet YλX duplus ejus. At in H. R perigaeo IRD aequabitur CDPQ. Sed in aphelio et perihelio eccentrici fit concursus, sanè quia non est perfectus circulus, orbis quem ♂ circa E describit. Sit μ aphelium eccentrici aequales igitur erunt BAξ, πξτ, ξμρ, quare duplus πμσ. Et sic planeta in σ, centrum quidem epicyclij μ in aphelio. At non simul σ in περιχέντρῳ, sed parallela μσ cum ED. Antea verò, cum sumeretur circulus major solaris CD, minor utriusque CE plane ut nunc, id non observaveram.

Vide ergo tertiò, an id praestetur, CDE per medium diviso, et videtur quod non. '

XIV, 77v A Terra. AB assumpta eccentricitas minor, BD semidiameter circelli majoris. AC eccentricitas major, CD semidiameter circelli minoris.

Transeat E centrum minoris EF et majoris EG epicycli, in I per sextam partem circuli, fitque situs epicyclorum IP, IM. Stella igitur circa M in N, circa P in O, quaeritur an idem sit angulus BAO, BAN. Sunt ergo parallelae AI, BP, CM: sic AC, IM: sic NM, OP. Aequales autem MNP, POI. Igitur parallelae NP, OI. Aequales etiam QMN, MPO, cumque in parallelas MN, OP recta NA incidat, si una est, debet facere angulos aequales, sunt autem PAI et APB aequalia triangula, sic etiam MBP, BPA. Ergo NMC aequalis est OPB, et NMA aequalis cum OPR, quia MP, AR aequales, sicque MA, PR. Nihil efficio. Considera, quia RX est parallela DR et MN, OP. '

XIV, 78 Cum non procedat demonstratio tentabimus in numeris. [...]

(23) Esto AD 30000 et AB 20000. Et AC 25000. Sitque EI 60, erit IZ 86602½, et IΘ 50000. Adde IM (ut aliae sint litterae) sc: AC fiunt ZM 111602½. Est autem MN ut et BC 5000. Ergo Nγ 4330 et γM 2500. Quare ζγ 109102½. Deme Nγ ab Aζ 50000 manet 45670 Aβ. Si fit 100000 quid

10910250000	216996[a]	65.16	
4567		60	
(...)		5.16	

Jam esto AD 30000 et AB 24000 et BC 3000, sicque AC 27000, sitque EI 60, erit Iζ 86602½ et IΘ vel Aζ 50000, adde IM sc: AQ ad IζF 86602½

27000

fit ζM 113602½ Est autem MN 3000, ergo si 100000 dat 30000 quid 86602½

				2598	061500
10 dat 200 quid 5	1500	GM		2598	1 Nγ
	113602½	ζM		50000	Aζ
	112102½	ζγ		47402	Aβ

XIV, 78v Si 47402 fit 100000 quid 11210250000

47402	236493	67. 5	
(...)		60	
		7. 5	
	antea	5.16	
		1.49 differentia	

Hactenus ergo probatum est, non posse mutari proportiones circulorum in theoria Martis, quin statim aliae prodeant aequationes eccentri. Cum autem longitudo in ακρονυχιοις observationibus bene habeat, et ad unguem salvari possit per suppositam eccentricitatis proportionem, fieri nequit, ut falsa sit, aut mutetur. Proculdubio enim latitu-

[a] *richtiger Wert* 238893

dines, res certissima, id indicarent. Jam cum prosthaphaereses annuae non consentiant, sec hoc requirant, ut Mars fiat in apogaeo propior orbi annuo quam ferre potest ejus eccentricitas optimè constituta, et contra in perigaeo remotior, hujus ergo rei causa inquirenda est: Praesertim cum etiam latitudines, quando fit implicatio cum aequatione annuâ, in eandem partem digitum intendant. Suspiciones hujus culpae bifariae sunt, aut enim in ipsum orbem annuum diriguntur, aut in ipsum Martem. Primum non opus est, ut hic de tota eccentricitate Solis loquamur. Nam illa consideratur jam antea, cum eccentricitas Martis ad locum Solis medium refertur. Quid si ergo cum planeta est in apogaeo, totus orbis annuus in circello qui est in linea ♌♒ ad eclipticae planum rectus, excedit e plano eclipticae vel per circelli marginem, vel per ejus diametrum. Hoc falsum et monstrosum est et absurdum orbem annuum servire uni planetae, quia regularetur ille anno orbem Martis. Quid si secundo, orbis annuus habeat figuram ovalem, cujus longior diameter sit a ♉ in ♏, brevior a ♌ in ♒. Id quod falsum et absurdum et monstrosum, observaretur enim etiam in alijs planetis.[1]

Quid si tertiò, major esset eccentricitas Solis, quam quae putatur. Nam consentiunt qualitates, sunt enim apogaea utrinque in partem circiter eandem. Itaque in ♌ orbis accederet Marti, in ♒ ab illo discederet. Hoc sic quidem ex parte dici posset, si observationes scrupulosissimae loci Solis id paterentur, ubi minutum unum non deest, quod certè esset, si non bene haberet eccentricitas. Nam etsi non animadverteretur in longitudine aestatis et hyemis, tamen in particularibus temporibus esset aliqua differentia, [1]nisi forte eandem varietatem pateretur etiam primum mobile[1]. Deinde proderent id aequationes annuae, ♂ existente in ♈♎, fierent enim binae ex utroque latere inaequationes quam jam fieri constat. Tum etiam in Venere idem animadverteretur, et forte etiam in Lunâ. De hoc ergo considera posterius. Jam videamus quae suspiciones in Martem ipsum cadent. *XIV, 79 ([25]) ([31])*

Etenim ex allegata variatione parallaxeos apparet, Martem, si is in culpa est, ita quidem versari in apogaeo et perigaeo causa temporis, sed non tam altè ascendere. Cujus rei forte causa est 1. physica, quae geometricè demonstrari nequit. 2. Vel aequantis positio paulò aliam formam praestat quam circellus. 3. Vel circellus ab *αφηλίῳ* pendens, aut aequans ipse aliquid turbat. 4. Vel Mars describit ovalem. 5. Vel novus adest circellus, qui annuum respicit orbem, loco ejus suspicionis quae prima fuit de Sole, sive is jam in diametro moveatur sive in circuitu. 6. Vel circellus latitudinum ingerit hanc varietatem, potissimum, quia latitudo non respicit apogaeum sicut circellus non respicit *ἀφήλιον*. Et haec suspicio multiplex est. Primò si ita incedit circellus, ut centro sit affixus plano eccentrici, quod unitum est cum plano eclipticae, sic ut aequationes eccentri quidem salvet, maximè circa apogaeum et long: medias, locis intermedijs parvam ingerat differentiam. Et tunc quidem, si per cir[1]cellum non descendit in apogaeo, nec discedit in perigaeo, plurimum et longius etiam discedemus ab aequalitate aequationum annuarum. Itaque tunc demittendus erit totus eccentricus, minuenda eccentricitas, donec sufficiat aequationi annuae. Verum tunc iterum aequationes eccentri ⟨nimium⟩ fecit parvae. Quare ut et illis consulatur, circellus latitudinum valde magnus erit assumendus. Et si hoc fiat, tunc 1. latitudines sunt in periculo, 2. ex mutata proportione circelli ad epicyclum, minuta hujus quantitate, illius aucta fiet quod supra apparuit, ut turbentur aequationes eccentri in locis intermedijs. Nisi fortasse tantum compensetur eo, quod tantum in latum itur per circellum, non in altum. Latitudines verò periculo liberari possent per inclinationem circelli a rectitudine anguli, ubi tanta diminutione eccentricitatis opus non erit, quia etiam in circello descenditur et ascenditur. *XIV, 79v*

[2]7. Velut non sit rectè sumpta prosth: maxima ut propter lat: statio varietur.[2]

[1–1] *Hinzufügung*

[2–2] *Randbemerkung*

Ut ergo haec omnia rectè examinari possint, primo omnium vide ipsas annuas prosthaphaereses. Sume apogaeam et perigaeam, exque utrâque elice quantitatem orbis annui. Postea sume illas quae sunt in long. media eccentri, et vide, an tolerent admotionem orbis annui ad apogaeum Martis, et omnino, an ferre possint tantum orbem, quantus fuit constitutus in apogaeo et perigaeo.

[1]Problema. Ad schema sequens. Mars in apogaeo et perigaeo parum mutat distantiam. Quare nihil nocet, aliquot scrupulis abesse ab apogaeo. Itaque operare per distantias ☉ et ⊕ veras, et vide quantum unus et alter scrupulus in longitudine media erroris in utramque partem inferat. Corrigenda autem est distantia per latitudinis inclinationem ejus loci.[1]1

XIV, 80
([25])
([31])
(27)

[2]1593. 24 Julij h: $13\frac{2}{3}$. Lat. 5°54′ aust.[2]



In Schemate A centrum mundi est et locus Solis medius. B locus Terrae 12°29½′ ♒. AC linea medij motus ♂ in eccentr. quae coincidebat cum vera, quia erat an: ecc: 5ˢ29°28′45″, distabat igitur ab apogaeo 31′15″.

12.29.30 ♒ locus ⊕	78°54′30″ EBA
17.51.30 ♓ locus ♂	65.43.30 CBE
35.22 angulus DBC	24.16.30 BCE

[1-1] *Hinzufügung*
[2-2] *zur Figur*

12.29.30 ≈≈
23.35 ≈≈

Cum ergo in BAC detur BA 100000, BAC 11. 5.30, et CBA 144°38′, ducatur BE perpendicularis quae datur ex canone sinuum 19238, et EA 98132. In triangulo ergo ECB sinus anguli 24.16.30 est 41112, qui si fiat (ut erat antea) 19238,

quid fit ex CE 91158 — 19238 — {...} — 1753697604 | 1753697604 — 41112 — {...} | 42657 EC — 42657 — 98132 — 140789 — 140790 — 140800 [1]

Si 1408 fit 1000 quid 100000000 | {...} | 71094 sequitur *XIV, 80v*

* Hic radius multum discrepat ab illo quem Christianus elicuit. Repetatur adhuc semel, quia angulus BAC paulo minor est.

11° 5′30″ dist. ☉ et apog.
31.15 differentia apog. subt.
10.34.15 BAE
90
79.25.45 EA 98303
144.38
65.12.15 CBE
24.47.45 ECB s. an: 65

BE 18344
s: an: 24 etc. —
41938 dat 18344 quid 90781 s. an: 65

18344
{...}
1665286664 | 39708 — 41938 — {...} | 1000000 — {...} | 72459 Hic adhuc fit major.

39708 CE
98303 EA
138011

Fit ⊕ 72459 qualium ♂ 10000. In perigaeo quidem 10000. 138011.

Computetur et latitudo ejus loci, fuitque 5°54′ A. Sit CA planum eclipticae, FA planum planetae eccentrici.

Si[1] CE 91158 factus est 42657, quid fiet ex CB 100000 | 4265700000 | 46794
Quod si BE 100000 fit 46794 quid sinus dim. 5.54, sc: 2.57. | 3646 32 | {...}

5146
{...}
2408 CA, AF aequales
4816 CF

Si 138011 fit 100000 quid 240800000 | 138011 | 1745
{...}

1745 1°0′ subtensa 3490 2°0′ Angulus CAF inclinationis

Hic nondum est maximus inclinationis angulus, quia non fuit ♂ea eccentrici in maximo limite boreo, sed non longe aberat. [1]

[1] *Randbemerkung* Praesupponitur inclinatio fieri super axe quae per medium locum ☉ transit.

XIV, 81[1] [Anno 1586. 26 Dec: h. 16
([27]) ♂ in 29°42′40″ ♍, lat: 2°46′36″ b.
([33]) In schemate ergo praecedente G Terra in 15°3′45″ ♋. AH linea medij motus ♂ 50′13″, ultra
(29) apogaeum.

Locus ♂	5.29.42.40	Praec:	28. 4	
Locus ☉	9.15. 3.45	long: sim.	26.13.38	
AGH	3.15.21. 5		24.17.38	☊
	105.21. 5		15. 3.45	
compone apogaeam et perigaeam			41.13.53	GAH[2]
			48.46. 7	AGI
			105.21. 5	
			56.35	IGH
		[...]′	33.25	IHG]

